



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Paraphrasis Psalmorvm Davidis Poetica

Buchanan, George

Argentorati, M. D. LXVIII.

VD16 B 3125

Psal. CVII. Cantate Domino, quoniam bonus, &c. Carm. gen. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69145](#)

GEORGII BV
CHANANI PARAPHRASIS, IN
quintum librum Psalmorum.

PSAL. CVII. *Cantate Domino, quoniam
bonus, &c.* Carm. gen. I.

*C*antemus Dominumq; bonum, facilemq;
parentem,
Cuius habet nullas larga indulgentia metas.
Hunc grato simul ore canat quos dira tyrais
Quu premeret, s;eu in columnes ex hoste rec.
Et iuga captiuo excussit seruilia collo. (pit.
P;erq; feras gentes sparsos, quâ surgit ab undis
Et quâ diuersas abiens se condit in undas
Phœbus, ab arctoæ campis glacialibus urlæ
Collegit, tepidóq; domū reuocauit ab Austro.
Per steriles saltus & inhospita saxa uagantes,
Quâ nulla ad cultas ducunt uestigia terras,
Fracti animos mæror, inopes undæq; cibiq;
Auxilium miseris implorauere querelis:
Audijt orantes, & opis miseratus egenos,
Omnibus exsoluit mærentia pectora curis,
Monstrauitq; uiam cultas que ferret ad urbes.
Ergo canant Dominumq; bonum, facilemq;
parentem,
Et latè ignotis pandant facta inclyta terris:
Quippe sitim uictuq; famein compelcuit egra,
Reddidit & membris uires animoq; uigorem:
Quique

T. Misericordia
et præcigina
mitissima
at 1707.

Quique Dei monitis ingrata mente relictis,
 Carceris in tenebris & cæca nocte iacebant,
 Quū tremeret gelidæ exanimes formidine mor
 Afflicti qz malis humiles fracti qz iacerent, (tis
 Auxilium miseris implorauere querelis:
 Audiit orantes, & opis miseratus egenos,
 Omnibus exsoluit mærentia pectora curis.
 Vincla manu ualida rupit, mortisqz timorem
 Reppulit, & terris pauidos eduxit ab umbris.
 Ergo canant Dominumqz bonum facilemqz
 parentem,
 Et latè ignotis pandant facta inclyta terris,
 Liminâqz & portæ qui claustra refregit ahenc.
 Delicijs animi uires quum stulta libido
 Affigit, corpusqz graui languore solutum
 Stultiæ pendit pœnas. & morte propinquæ
 Reijciunt omnein fastidia marcida uictum,
 Auxilium miseris qui implorauere querelis,
 Aspicit orantes, & opis miseratus egenos,
 Omnibus exsoluit mærentia pectora curis.
 Ereptisqz suo leti de limine uerbo,
 Restituit letumqz nouat per membra uigorem
 Ergo canant Dominumqz bonum facilemqz
 parentem,
 Et latè ignotis pandant facta inclyta terris:
 Et meritis cumulent memores altaria donis,
 Et grata acceptam testentur uoce salutem.
 Qui mare fluctuonum sulcat, curuisqz ca-
 rinis
 Admouet externas uaga per commercia ḡetes
 Non ignota illi diuina potentia, nec quæ

O iij

11. cap*it*u*m*²11. stultu*m*²
sing*i*.111. In
mari pericli
lantes.

Monstrat in immēso miracula ſepe profundo.
 Quum iubet, irrūpunt uenti stridēte procella:
 Et mare nunc ſpumis candētibus aſtra lacelit,
 Et nunc Tartarei ſubſidit ad ima barathri:
 Pallent ora, metus trepidantia pectora pulſat,
 Et uelut oppreſſis uino uestigia mutant:
 Callida nec cani iuuat ars aut cura magiſtri:
 At Dominum ut mœſtis implorauēre querelis,
 Exaudit trepidos, & opis miſeratur egenos.
 Iam uenti ponunt, stratāqz æqualiter unda,
 Arrident taciti tranquilla silentia ponti.
 Iam poſita leti gaudent formidine nauſæ.
 Ergo canant Dominumqz bonum facilemqz
 parentem,

Et latē ignotis pabant facta inclyta terris.

Hunc populi cœtus laudēt, ſancti qz ſenatus
 Cōciliū ſuper aſtra ferat, qui humina ſiccat,
 Et riguos paſſim riuis bullantibus agros,
 Fontibus occlusis ſitienti damañat arena:
 Et fœcunda, ſui facta ob ſcelerata coloni,
 Arua iubet ſalſis ſubitō ſterileſcere glebiſ.
 At contrā in ſterili campo male pinguis arena
 Stare lacus, pingueſqz facit stagnare paludes:
 Et fluuijs ſiccos riuiſqz fugacibus agros
 Irrigat, atqz inopi transmittit habere colono:
 Quiqz nouas ſanctis moderetur legibus urbes,
 Et ſcrubibus credat uites, & ſemina ſulcis,
 Vnde legat dulces maturo in tempore fructu:
 Quos pater omnipotēs alit, & prouētib⁹ augēt,
 Affiduis pecorum fœtus. Vbi nescia rurſus
 Comoda fortunæ modicē mēs ferre ſecūda,

Frena

V.
 Sterilitati
 ſoli perpeſti.

VI. Tirani
 nide ex ſedi
 hioni ſur opu
 preſti.

Prena dedit uitijs, retrahit sua munera iustus
 Arbitri: indomitos animos & corda superba
 Cladibus affligit: sœuis punire tyrannis
 Tradit, & ignauo petulans sub principe uulg'
 Contemptu, populis prædam iubet esse propin-
 quis.

Perq; inopes uictus terras traducit, ubi antè
 Nulla hominū tritam mōstrant uestigia callē.
 Auertit mala pauperibusq; , animiq; modestis,
 Atq; hilares multa fœcundat prole penates.
 Hæc spectat gaudētq; boni: male cōscia muslat
 Turba metu. Ast animi quibus est solertia, cura
 Affidua uoluūt, memoriq; hæc méte recondūt,
 Luceat ut cunctis Domini clementia terris.

PSAL. CVIII. Paratum cor meum, Deus,
 paratum cor meum, &c. Carm. gen. 2.

MEns infracta malis, animi uigor integer, or-
 Te uoce, rector, te celebrabit lyra. (bis)
 Eia age, depositis mens expurgiscere curis:

Et tu canora barbitos cum nabijs.
 Ocyus auroræ quām Lucifer excitet ignes,
 Aurora cantus quām uolucrum exsuscitet,
 Te pater alme canā: populos tua facta per o-
 Quacunq; tellus pāditur, uates ferā. (mnes
 Nam tua fiderei bonitas fastigia cæli,
 Fidesq; tractus nubium superuolat.
 O Deus augustum nitido caput exere cælo:
 Ostende terris gloriæ iubar tuæ.
 Eripiasq; tuos gelidi formidine leti
 Præsens, & opifer inuocantes audias.

O iiiij